

Stanislaus Hosius Sigismundi I. regis Poloniae
nomine ad Paulum tertium Pont. max.

De sua in Concilium Aemmenicum propensione, et de il-
lius translatione significat.

Quod si quis alius, ego certe semper cum diem illucescere
magnopeie cupiebam, quo congregato sacrosancto Aemmenico
concilio, qui sunt graves in ecclesia motus excitati, sedari
tandem aliquando, et quae nunc Petri navicula magnis tem-
pestatibus et procellis jactari atque agitari videtur, ea ad opti-
mam tranquillitatis portum perducere posset. Itaque cum primum
esset mihi renunciatum, convocari per S. vestram concilium,
vehementer sum animo recreatus. Neque mediocriter postea
percutus, cum annos aliquot nihil aliud, quam prorogatio,
nec fieri cognovissem. Posteaquam vero allatum est ad me,
jam tandem haberi ceptum esse concilium, incredibili qua-
dam letitia afficiebar, nisi quod ea contaminari visa est quo-
rundam sermonibus, qui dicebant concilium hoc progressum
non esse habiturum. Quamobrem cum longius abessem, ab
eo loco ubi concilium fuerat indictum, quam ceteri reges
et principes Christiani, qui status illius foret diligenter
explorabam, quamque frequentes ex aliis regnis et provinciis
eo convenirent, cumque convenisse jam aliorum regum
legatos cognovissem, in meis mittendis postremus esse vo-
lui. Quapropter in comitiis regni mei majoribus de mea et
senatus mei universi sententia, duos designavi, qui meo regni
q. mei nomine ad sacrosanctum concilium hoc proficisce-
rentur. Ecce autem dum illi itinere se accingunt, renun-
ciatur nobis, non gravissima ex causa Tridentino Bononiae
eque concilium translatum. Quod adeo non probari multis
accepi, vix quisquam ut eo evenire dicatur, praeter eos, qui ex
Italia sunt, episcopos. Quae res valde me anxium reddidit
et sollicitum, non solum quod vix ullus ibi videtur usus
fore legatorum meorum, si ceteri reges Christiani nullos
miserint,

1547

miserint, verum etiam, quod vehementer metuo, ne quid ex
eo deterius consequatur. Quamobrem tenere me non po-
tui quin sanitatem vestram suppliciter orarem atque obsecra-
rem, velit pro eo, ut facere debet, ecclesia, cuius caput san-
ctitatem vestram Deus constituit, tranquillitati prospicere
et cum imperatoria maiestate, fratre atque consanguineo no-
stro charissimo, cumque aliis regibus et principibus Christi-
anis, certum aliquem locum constituere, ad quem ii qui
vocati fuerint, per se vestram commode venire possint:
omnis ut occasio praecipitatis, qui rebellionis suae nefas
quid obtendere conantur. Nam hoc rerum statu quemad-
modum aut quo regni mei legatos mitterem, prosum a-
nimam pendeo: cum praesertim rumore quodam acce-
perim, concitum hoc Bohemiae Romam etiam trans-
latum in, quo multo etiam pauciores venturos esse pu-
to. Neque enim ignorat sanctitas vestra quid percos-
pisculetur quorum causa maxime concilium hoc e-
dictum esse videtur. Quibus magnam dedit letitiam
sanctitas vestra si per illam factum fuerit, quominus
tuto eis ad concilium, quod refugium vehementer, veni-
re liceat. Terpet autem haec lucis latius indices, ut ne
mea quidem terra ab ejus contagione libera esse vide-
antur. Adeo verum esse comperio quod est in pro-
verbio. Aliquid mali propter vicinum malum. Quapro-
pter iterum atque iterum sanitatem vestram majorem
in modum peto, det operam, auctoritatemque suam in-
terponat, ut ejusmodi locum habendo concilio designet,
ad quem non veniendi, legitima causa videatur esse nul-
la. Praeclare de republica ecclesiastica merita fuerit,
quae cum dubiis suis rebus vestrae san-
ctitatis operam im-
ploret, spero sanitatem vestram illi periclitanti, non
esse defuturam. Datum anno 1547.